MISSALE ZAGRABIENSE
Diözese Agram, 3. Viertel 15. Jh.
Seite 38r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8457
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

hic statis tota die ocio
si? Dicunt ei. Quia nemo
nos conduxit. Dicit illis.
Ite et uos in uineam meam.
Cum sero autem factum esset;
dicit dominus uinee procuratori
suo. Voca operarios et red
de illis mercedem; incipiens
a nouissimis usque ad pri
mos. Cum uenissent ergo qui
circa undecimam horam ue
nerant; acceperunt singulos
denarios. Venientes autem
et primi; arbitrati sunt
quod plus essent accepturi.
Acceperunt autem et ipsi
singulos denarios. Et
accipientes; murmura
bant aduersus patrem fami
lias dicentes. Hi nouissi
mi una hora fecerunt; et
pares illos nobis fecisti. qui
portauimus pondus diei et
estus. At ille respondens; uni
eorum ait. Amice; non fa
cio tibi iniuriam. Nonne
ex denario conuenisti mecum?
Tolle quod tuum est et uade.
Volo autem et huic nouis
simo dare sicut et tibi.
Aut non licet mihi quod
uolo facere? An oculus tuus
nequam est, quia ego bonus
sum. Sic erunt nouissimi
primi; et primi nouissimi.
Multi enim sunt uocati;
pauci uero electi. Off. Bo
num est confiteri domino et psal
lere nomini tuo altissime. Secreta.
Concede nobis misericors deus
ut semper tuis digne
seruire mereamur altaribus.
et eorum perpetua participatione
saluari. Per. Co. Illumina faciem
tuam super seruum tuum et saluum
me fac in tua misericordia domine non confun
dar quoniam inuocauit te. Post co.
Fideles tui deus per tua
dona firmentur; ut eadem et
percipiendo requirant, et querendo
sine fine percipiant. Per. Dominica
in sexagesima.
Exurge quare
obdormis domine
exurge et ne
repellas in finem
quare faciem tuam auertis ob
liuiscis tribulationis nostre ad